

Publius Vergilius Maro (70 BCE – 19 BCE) scripsit tria magna carmina:

1. *Bucolica* aut *Eclogae*, de pastoribus
2. *Georgica*, de rebus rusticis et agricolis
3. *Aeneis*, de Aenea, miles ex Troia qui ad Italiam venit



Eclogae continet decem carmina de multis pastoribus.

Ecloga secunda de Corydone est.

Corydōn pāstor est. Pāstōrēs, ut scīs, ovēs in campō cūstōdiunt et cūrant. Pāstōrēs saepe carmina canunt et laeta et trīstia. Corydōn hodiē captus amōre est. Quem amat pāstor Corydōn? Corydōn amat alium puerum nōmine “Alexis.” Alexis, autem, vir pulcher est, etiam pulcherrimus. Alexis amātur nōn sōlum ā Corydōne sed etiam ā dominō eōrum. Corydōn nec fōrmōsus nec pecūniōsus est, sed tantum pāstor humilis quī omnia dē ovibus et rēbus rūsticīs scit.

In hōc carmine, Corydōn canit dē amōre Alexis. Alexis, autem, nōn Corydōnem amat. Alexis fortasse vix scit Corydōnem esse.

Servius (4th century commentator on Vergil):

Bucolica, ut ferunt, dicta sunt a custodibus boum, id est ἀπὸ τῶν βουκόλων: praecipua enim sunt animalia apud rusticos boves. huius autem carminis origo varia est.

...

qualitas autem haec est, scilicet humilis character. tres enim sunt characteres, humilis, medius, grandiloquus: quos omnes in hoc invenimus poeta. nam in Aeneide grandiloquum habet, in georgicis medium, in bucolicis humilem pro qualitate negotiorum et personarum: nam personae hic rusticae sunt, simplicitate gaudentes, a quibus nihil altum debet requiri.

Ecloga 2: nam Vergilius dicitur in pueros habuisse amorem: nec enim turpiter eum diligebat.